



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Pallivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

enim videretur se obligare ad carceres, quod non potest, quia nemo est dominus membrorum suorum.

<sup>2</sup> P A C T V M filij dū traditur nupti, quod cōtenta dote ad patrimonialia bona non habebit recursum, si firmetur iuramento, teneat aliās non. capitulum quāuis: de pact. lib. 6. supra. Dos §. 2. Tenet etiam si faciat postquam tradita est nupti: secundum Ioan. mo. quia est ratio eadem, concord. Gemi.  
<sup>3</sup> P A C T V M quod est cōtra substantiā contractus, etiā quod nō cōtineat turpitudinem, vitiat ipsum a rō, siue sit per viam modi, siue per viam conditionis, siue resolutiue, siue suspensiue, siue etiam in matrimonio, quod est valdē fauorabile: secundū Pa. in. c. si. de condi. ap. quia remota substantia alicuius actus, remouetur & ipse: quia siue substantia nihil potest subsistere, ad hoc e. tua. de spon. & cognoscitur aliquod esse de substantia alicuius, quando sine eo illud stare non potest.

<sup>10</sup> D E pactis pœnalibus appōsitis contractibus, vide. Sil. verb. pactum. circa fin. & infra. Pœna §. 5. 6. & 7. Quomodo pacta obscura debeant interpretari, Tab. ver. pactum §. 11.

## PALLAE.

PALLAE altaris, id est, totalis, siue mappae, super quibus extenditur corporale, quos esse debeant, & quales, supra. Missa §. 6.

## PALLIVM.

D E pallio quod est speciale ornamentum Archiepiscoporum, vide in c. nisi. eo. tit. & Pa. in c. antiqua. de priuil. &c. quoniam. 100. d. Ad confessores. hæc materia partim pertinet.

## PAPA.

<sup>1</sup> PAPA debet eligi a duabus partibus cardinalium, aliter si se pro Papa ingerit, est excommunicatus: supra Excommunicatio §. 3. Similiter recipientes talem: licet de elect.

<sup>2</sup> E L E C T I O Papae facta per simoniam secundum statutum Iulij II. in concilio Lateranen. sessione 5. ipso facto est nulla, ex quo patet, quod Papa potest statuere circa electionem sequentis

Papae, nec sede vacante possunt mutare cardinales. & est summus inter omnes: quia habet plenitudinem potestatis, alij partem sollicitudinis per e. de cetero. 2. q. 6. & per S. Tho. in lib. contra errores Gra. c. 65. Et licet Leo Papa iudicio Imperatoris se supplicauerit, hoc tamen fecit sponte: secundum Tho. secunda secundae. q. 67. art. ad secundum.

<sup>3</sup> PAPA quod ad forum civile, vbi non habet iurisdictionem temporalem, non potest tollere legem: secundum Io. An. nisi in his, in quibus est periculum animae, cum potestates sint distinctae. ca. causam. el. 2. qui sit. sit legit. In quibus autem animarum periculum est, quod ad utrumque forum potest. de sentent. excommu. lib. 6. c. decernimus. & canonuit. de iudi. & cap. si. de rescrip.

<sup>4</sup> P R I N C E P S ita ex suo contractu obligatur, quod sine culpa prius non potest. eum, quem instituit in aliquo castro, vel baronia, vel huiusmodi, nec successores: etiam quod habeat plenitudinem potestatis. d. c. nouit.

<sup>5</sup> PAPA habet iurisdictionis suae auctoritatem a Christo, mediante electione ecclesiae, vel habentis vicem ecclesiae, & omnis alia potestas in ecclesia, ab ista, & sub ista est quantum ad institutionem, seu collationem, ita quod Papa ea potest uti in sui adiutorium: etiam quod sit secularis: secundum Hen. vt recitat Arch. Flo. 2. par. titu. 23.

<sup>6</sup> A D Papam potest fieri appellatio ab omni principe, etiam temporali, & non recognoscere superiorem in temporalibus. in c. licet. de for. cōp. quando alter non potest haberi. & res. est alicuius momenti.

<sup>7</sup> O M N I S potestas iurat fidelitatem Papae, & obedientiam, recognoscens ab eo omne quod habet. ca. tibi domino. 63. d. Et si aliquando aliquis Imperator donauit ecclesiae, vt de Constantino dicitur, non fuit donatio, sed restitutio.

<sup>8</sup> PAPA potest renuntiare papatu, etiam si iurasset non renuntiare, cum adest causa rationalis, sicut fecit Papa Ciriacus, & multi alij, vt dicit Arch. Flo. 3. par. tit. 23. & de renun. li. 6. c. 1.